



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

443. De redemptione unius diei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Item de pretio unius anni.

C C C C X L I I . Primo anno quidam per miserunt triduanas quatuor, alij duodecim triduanas, id est, semel in mense uno. Quidam dixerunt triduanas agere in verberibus & viliis insistendo triduum.

De redemptione unius diei.

C C C C X L I I I . Pretium autem unius diei id est agapen duorum vel trium pauperum, sive unum denarium. Alij totum psalterium in æstate, in hyeme vero & in verno vel in autumno psalmos quinquaginta. Quidam judicaverunt duodecim plagas vel percussionses.

Item de redemptione unius diei.

C C C C X L I V . Qui itaque hoc quod in Pœnitentiale scriptum est implere potuerit, agat Deo gratias. Qui autem non potuerit adimplere, consilium damus per misericordiam Dei. In primis pro uno die in pane & aqua quinquaginta psalmos cantet genu flexo, australi in uno loco septuaginta decantet, aut unum denarium det, aut tres pauperes pascat. Quidam dicunt quinquaginta percussionses vel quinquaginta psalmos pro uno die in autumno, hyeme vel verno centum percussionses vel psalmos quinquaginta, in æstate psalterium unum vel percussionses centum.

Item de redemptione trium annorum.

Burchard. lib.
19. c. 23.

C C C C X L V . Qui non potest sic agere